



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCLXI. De Depraedatione quinque villarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Meneko de Querfurt XII. Mag. Prov. in Prussia.*

**E**odem anno & tempore quo Reges solent procedere ad bella, Rex Withenus cum multitudine copiosa Lethovvinorum pugnaturus contra fratres, intravit terram Livoniae. Unde frater Bertholdus Commendator de Kunnigsberg, qui hujusmodi eventum à multo retracto tempore summo desiderio optavit, scil. cum ipse Rex terram suam sic exiret, fratrum Exercitus subintraret, congregato magno Exercitu Capitaneum fecit fratrem Henricum Zursvvert Commendatorem de Balga, ut cum dicto Exercitu procederet versus Lethoviam, dicti Regis terram vastaturus, qui cum venisset jam non longe à terra Regis, nescio quo ductus Spiritu retrocessit, impugnansque Castrum Gartham tantam Castrenium per crebra jacula invenit resistentiam, quod multis de Christianis graviter vulneratis, infecto negotio est reversus.

## CAP. CCLXI.

*De*

### *Deprædatione quinque villarum.*

**P**osthac intravit Exercitus Lethovvinorum terram Colensem, & circa castrum (a) Golubam, quinque villas despoliavit, captis & occisis ibi pluribus Christianis.

#### ANIMADVERSIO.

(a) Infra, castrum Golubense à Conrado Sacco sexto decimo Magistro Provinciali conditum esse refert. *Vide qua notavimus ad cap. 272. Conf. Henneb. in Comment. pag. 142.*

## CAP. CCLXII.

*De*

### *Discordia Civium de Rigæ, contra Fratres Domus Teutonicae & Livoniae.*

Uu 2

Anno

